









C Reuerendi Patris. f. Jeronymi Saronarole de sac. ordinis predicatorum
expositio in psalmus. L. dum erat in vinculis.



I Felix ego omnium auxilio destitutus. Qui celum terramq; offen-
di. Quo ibo: quo me vertam: ad quem pfugiam: quis mei mi-
sererebitur: Ad celum oculos levare non audeo: q; ei graniter pec-
caui. in terra refugium non inuenio: quia ei scandalum fui. quid igitur
faciam: desperabo: absit. misericors est deus. pius est salua-
tor meus. solus igitur deus refugium meum: ipse non despiciet
opus suum: non repellet imaginem suam. Ad te igitur piissime deus
tristis ac merens venio: quoniam tu solus spes mea: tu solus refugium meum. Quid au-
tem dicam tibi oculos eleuare non audeam: Verba doloris effundam: Adiferi
cordiam tuam implorebo: Dicam.



Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.
Deus qui lucem habitas inaccessible: Deus absconditus: qui ocu-
lis corporeis videri non potes: nec intellectu creato comprehendendi: nec
lingua hominum (seu angelorum) explicari. Deus meus te incomprehen-
sibile quero: te ineffabilem inuoco. Quicquid es: qui ubique es. Scio
enim te summam esse rem. Si tamen es res: et non potius omnium rerum causa: si tamen et causa
non. n. inuenio nomen: quod tuam ineffabilem maiestatem notare queam. Deus in
quam qui es quicquid in te est. tu es. n. ipsa sapientia tua: donitas tua: potentia tua: et
summa felicitas tua. Cum itaque his misericors quid es nisi ipsa misericordia: quid
autem super ego nisi ipsa miseria: ecce ergo o misericordia: deus ecce miseria coram te:
quid facies o misericordia: certe opus tuum. Numquid poteris recedere a natura
tua: Et quod opus tuum: miseria tollere: homines miseros subleuare: Ergo **AD IESU**
RE RE ADEI DEUS. Deus inquam misericordia tolle miseria mea: Tolle
peccata mea: et n. sunt summa miseria mea. Subleua me miserum: ostende in me opus
tuum: Exerce in me virtutem tuam. Abyssus abyssum inuocat: abyssus miserie inuocat
abyssum misericordie. Abyssus peccatorum inuocat abyssum gratiarum: Maior est
abyssus misericordie quam abyssus miserie. Absorbeat ergo abyssus abyssum. Absor-
beat abyssus misericordie abyssum miserie. **AD IESU RE RE ADEI DEUS**
SE. AD. AD. I. T. Non secundum misericordiam hominum: que parua est. Sed secundum tuam: que
magna est: que immensa est: que incomprehensibilis est: Que omnia peccata in immensum
excedit: Secundum illam magnam misericordiam tuam: qua sic dilexisti mundum: ut filium
tuum unigenitum dares: Que maior misericordia esse potest: que maior charitas:
Quis desperare potest: quis non perfidere: Deus factus est homo: et pro hominibus crucifi-
sus est. Miserere ergo deus secundum hanc misericordiam tuam: Qua filium tuum pro no-
bis tradidisti: qua per ipsum peccata mundi abstulisti: qua per crucem eius omnes homines il-
luminasti: qua ea que in celis: et que in terris per ipsum instaurasti: Laua me domine in
sanguine eius: Illumina me in humilitate eius: instaura me in resurrectione eius.
AD IESU RE RE. AD. D. Non secundum parvam misericordiam tuam. Infirma. n. mala tua est
cum homines a corporalibus miseriis subleuas. Magna autem quam peccata dimittis: et homines
per gratias tuas super altitudinem terre substolis. Ita domine miserere mei secundum hanc magnam
misericordiam tuam: ut me ad te peruenias: ut peccata mea deleas: ut per gratiam tuam me iustifices.

Et fin multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Conferencia tua dñe est habundantia pietatis tue: qua miseros pie respicias: Miserationes aut tu sunt opera et peccatus misericordie tue. Venit maria magdalena ad pedes tuos bone iesu: et lachrymis eos lauit: capillis abstergit: indulsit ei: et in pace eam remisisti. hec vna misratio tua dñe. Iheronimus negavit: et cum iuramento detestatus est te: respexisti eum: amare fleuit: indulsisti ei. Et principes apostolorum cum confirmasti: hec iter misratio tua dñe. Latro in cruce unico verbo saluatus est. Paulus in persecutionis seruire vocatus statim spiritu sancto repletus est. Hec sunt miserationes tue dñe. Deficiet omne tempus: si oēs miserationes tuas numerare vellem. Quot n. iusti tot miserationes. Nullus gloriari potest in se metipso. Veniant oēs iusti siue in celo siue in terra: et interrogemus eos coram te. An in virtute sua salui facti sint: certe oēs vno corde: vno ore ridebunt. Non nobis dñe non nobis: sed nomini tuo da gloria: super misericordia tua: et veritate tua. Nec enim in gladio suo possederunt terram: et brachium eorum non saluauit eos: sed dextera tua et brachium tuum: Et illuminatio vultus tui: quoniam complacui in eis. i. non ex meritis eorum: non ex operibus saluati sunt: Ne quis gloriari possit: sed quia ita placuit est coram te: quod et expressius de se prophetam dixit. Cum ait saluum me fecit: quoniam voluit me: cum itaque tu sis idem deus: apud quem non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio: et nos creature tue sicut et patres nostri: qui ex occupatione nati sunt peccatores sicut et nos: vnusque sit mediator dei et hominum christus iesus: qui manet in eternum. Cur miserationes tuas non effundis super nos: quemadmodum et effundisti super patres nostros: an oblitus es nostri: annos soli peccatores: an non pro nobis mortuus est christus: An nulle amplius super sunt misericordie: Dñe deus non ster te rogo: te obsecro: Dele iniquitates meas fin multitudinem miserationum tuarum. Nam multe et infinite sunt miserationes tue: Una mihi sufficit: vt videlicet fin multitudinem miserationum tuarum deleas iniquitatem meam: vt sicut innumerabiles peccatores traxisti: suscepisti: et iustos reddidisti. Ita me trahere: suscipe: et iustus per gratiam tuam reddere digneris: fin ergo multitudinem miserationum tuarum. **DELE** IIA J. AD E. Absterge cor meum. vt omni iniquitate deleta ac omni immunditia expulsa fiat sicut tabula mundata: in qua digitus dei legem charitatis sue scribat: cum qua habitare nulla potest iniquitas.

Ampli lana me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me.

Cateor dñe semel delesti iniquitatem meam. Delesti iterum: lauasti me milies. Ad huc lana me ab iniquitate mea: quia iterum cecidi: Nunquid ad certum numerum parcis homini peccatores: Qui petro interrogati. quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei septies: Respondisti non dico tibi septies: sed et septuagies septies: numerum finitum pro infinito accipiens. Nunquid ergo indulgentia superaberis ab homine: Nam ne maior deus boie: nonne melior boie: quinimo deus magnus dominus. Et vnuerſa vanitas ois homo viuens: et solus deus bonus: omnis autem homo mendax. nonne tu dixisti: Quacumque die ingemuerit peccator: ois iniquitatum eius non recordabor: Ecce ego peccator ingemisco: quia corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee: Misericordiam factus sum et curuatus sum vsque in finem. Tota die tristatus ingredior ad te. Res

picus sum et humiliatus sum valde. rugio a gemitu cordis. dñe ante te omne desiderium meum: et gemitus meus ad te non est absconditus cor meum perturbatum est in me dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum et ipsum non est meum. Cur ergo dñe non deleas iniquitatem meam. Et si iam delesti eas. Secundum mul. m. tu. am. l. me ab in. m. adhuc enim imperfecte mundatus sum: prope opus tuum: Tolle culpam vnuerſam tolle reatum: adauge lumen: accede cor meum charitate tua: expelle timorem: quia perfecta charitas foras mittit timorem. Amor mundat: amor carnis: amor glorie: amor proprius: propterea a me recedat: Amplius (et magis) ac magis. **LA** AD. AB. IIA. AD. Qua primū peccaui. **ET** A. I. AD. quo deū offendi. **AD** IIA DA AD E. Ut non solum culpam et reatum: sed etiam peccatorum fomitem deleas. **LA** AD E. In aqua gratiarum tuarum: Aqua: de qua qui biberint non sitiet in eternum. Sed fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Quia me aqua lachrymarum mearum: laua me aqua scripturarum tuarum: vt inter eos connumerari ualeam: Quibus dixisti iam vos mundi estis propter sermonem meum.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatus meus contra me est semper.

Cuāuis. n. ex intuitu misericordie tue: et miserationum tuarum dñe fiducialiter ad te confugiam. Non tamen venio sicut phariseus: qui sanctus apud se orabat: imo se ipsum laudabat. Et primū suū despiciebat: sed sicut publicanus: qui nec audebat ad celum oculos levare. **QUONIAM** I. IIA J. AD. E. LO. Dum enim peccata mea peccato: non audeo sursum oculos levare: sed cum publicano humiliatus dico: Deus propitius esto mihi peccatori: nam inter spem et metum anima mea fluctuat: et modo timore peccatorum: que in me cognosco despero: Adhuc spe misericordie tue sublenor. Verū quia maior est misericordia tua: quam miseria mea: semper in te dñe sperabo. et misericordias tuas in eternum cantabo. Scio. n. quod non vis mori peccatores: sed vt conuertantur: sed vt iniquitatem suam cognoscat: sed vt peccatum deferat: et ad te veniat: et viuat Deus meus da mihi: vt in te viuam. **QUONIAM** I. IIA J. AD. E. LOS. Scio enim quod grauis sit: et multa et pernitiosa. Nam ignoro eam: non abscondo: sed ea ante oculos meos habeo: vt laue eam lachrymis: vt confitear aduersum me in iustitia meam domino: **ET** I. DELE. AD E. quo superbe contra te egi. **QUONIAM** I. IIA J. AD. EST. S. Ideo propter me: quia et te peccaui. vere et me: quia propter aiam meam: quia autem iudicem semper me accusat: quia semper et vbique me donat: et adeo et me: vt sit semper coram me opus ponens se mihi. ne ad te mea transeat oratio: vt a me tollat inias tuas: vt ea impediat: ne ad me transire possit: Ideo contremisco: id ingemisco: id misericordiam tuam imploro: sicut ergo dñe tu mihi donasti cognoscere iniquitatem meam: et flere peccatum meum: ita pro te petitionem meam: imple professionem meam: produc ad finem satisfactionem meam: Omne enim datum optimum. Et omne donum perfectum de sursum est descēdens a te prope luminis

Tibi soli peccaui et malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris.

Consummum tibi soli peccaui: quia mihi precepisti: vt diligere te propter te: et creaturam amorem ad te referre: Ego autem dilexi creaturam magis quam te: diligens prope se. Quid est autem peccare nisi amorem inherere creature prope se: quod autem hoc nisi facere propter te: certe qui amat creaturam prope se: facit creaturam. Deū suū. ego itaque tibi soli peccaui:

qz creaturam deum: meū pñitū: abieci ergo te: et tibi soli iniuriam feci. **Ad** enim contra aliqz creaturā peccavi: si finē meū in re creata pñitū: qz nō mibi pceptū fuit: vt aliqz creaturā diligere p se. Si enim mibi mādassēs: vt angelus solū p se amare: et ego pecuniā p se dilexissēm vtiqz angelo peccassēm: at cū tūso- lus diligēdus p se sit: et creatura amāda sit in te: et ad te: equidē tibi soli peccavi qz p se creaturā amavi: s; qd deterius est. **Et Adā. Co. I. f.** Non enim erui tui peccare corā te. **O** deus quot pctā cōmisi corā te: que nullo pacto corāz ho- bus perpetrassēm: imo que nullo modo hoies scire voluissēm: timui magis ho- mines qz te: qz cecus eram et cecitātē amabā ideo nec videbā: nec cōsiderabaz te: oculos solum carnis habebā: ideo solū hoies: qui caro sunt: cernebā: eosqz time- bam: **Uerū** tū oia pctā mea intuebaris: et enumerabas ea: ideo nec ea celare tibi: nec tergiversari: nec fingere a facie tua potero. **Quo** ibo a spiritu tuo: et quo a fa- cie tua fugiam: quid igitur faciā: quo me uertā: quem inueniā defensorē: quē ob- secro: nisi te deus meus: **Quis** adeo bonus: quis ita pius: quis ita misericors: qui pietate (oēs creaturas incōprehensibiliter superas: tibi enīz propriū est mi- sereri et parcere: qui oipotentiā tuā) maxime parcendo et miserando manifestas. **fateor** dñe tibi soli peccavi: et malus corā te feci: miserere mei: et oipotentiā tuam manifesta in me. **Ut Iu. Iu. S. I. U.** Nam tu dixisti nō veni vocare iustos: sed pctōres ad pñiam: iustificare dñe in sermonibus tuis. **Voca** me. suscipe me. da mibi agere fructū dignū penitentie. ppter hoc. n. crucifixus es. ppterca mor- tuus es: et sepultus. Dixisti etiā cū exaltatus fuero a terra: omnia trabā ad me ip- sum: iustificare in sermonibus tuis. trabe me post te: curremus in odorē vnguen- torum tuorū. Dixisti itēz venite ad me oēs: qui laboratis: et onerati estis: et ego re- ficiāz vos: **Ecce** venio ad te onustus peccatis: laborās die ac nocte in gemitu cor- dis mei: refice me dñe: vt iustificeris in simonibz tuis. **Et U. Iu. C. Ad Iu.** Nam multi dicūt nō est salus illi in deo eius: deus dereliquit eū: vince dñe istos: cum iudicaris ab eis: ne me derelinquas vsqzquaqz da mibi misericordiā et salu- tem: et victi sunt. **Alii** enīz qz mei nō misereberis: qz me pijcies a facie tua: quia me amplius nō suscipies. ita iudicaris ab hominibus: ita de te loquūtur homi- nes: hec sunt eorū iudicia: sed tu pius: tu misericors. miserere mei: et vince eorū iu- dicia: ostende in me misericordiā tuā: laudetur in me pietas tua: fac me vnū de vasis misericordiē tue. **Ut Iu. S.** in sermo. tu. et vincas cum iudi. **Te** enim ho- mines iudicant rigidū: et severū. vince tua pietate et dulcedine iudiciū eorum: vt discant hoies peccatoribus miseri: et accendant delinquentes ad penitentiā vi- dentes in me pietatem et dulcedinem tuam.

**Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in pec-
catis concepit me mater mea.**

Cae respicias dñe gravitates peccatorū meorū: ne consideres multitudinē: sed agnosce figuram tuā: recordare qm pulvis sum: et ois caro senus. **Ecce. Iu.** in iniqui. cō. sum: et in pec. con. me mater mea. **Ad** dater in qz carnalis ex pcupiscentia me pcepit: et in ea peccatū originale pñari. quid autē est peccatū originale nisi pri- uatio iustitie originalis et rectitudinis totius hominis: ideo hō conceptus et na- tus in huiusmodi pctō. **T**otus obliquus est: totus curuus. caro pcupiscit aduer- sus spiritū: ratio debilis est: voluntas infirma: hō fragilis et similis vanitati. sen-

sus decipiunt eum: imaginatio fallit: ignorātia ducit eū per inuicē: infinita ha- bet obstacula: que ipsius a bono retrahunt: et ad malum impellunt: peccatū itaqz originale radix est oīus peccatorū: sōmes omnīū iniquitatus: **Quis. n. in** quolibet homine ex natura sua sit vnū: virtute tamen est oia peccata. **Vides** itaqz dñe: quid sum: et vnde sum: in peccato. n. originali: qd omnes iniquitates et oia peccata cōtinet: cōceptus sum: et in eo cōcepit me mater mea. **In** peccatis ego totus na- tus: et laqueis vndiqz circūdatus quomodo effugere potero: non. n. quod volo: hoc ago: sed qd nolo malum hoc facio: qz inuenio aliam legem in mēbris meis repugnantes legi mētis mee et captiuantes me in lege peccati et mortis: **Eo** itaqz magis pietas tua me subleuet: quomodo me fragiliorē et tot laqueis circūdatus innetur. **Quis. n. nō** misereat infirmo: quis nō cōpatiatur languido: **Veni** veni dulcis samaritane: et vulneratū seminiū subleua: vulnera mea cura: vinū et oleū infunde: pone me sup iumentū tuū: duc in stabulū: cōmēda me stabulario: pfer duos denarios: et dic ei: Quicquid sup erogaueris: **Ego** cū rediero reddam tibi.

**Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapi-
entie tue manifestasti mibi.**

Veni dulcissime samaritane. ecce. n. veritatē dilexisti: **Veritatē** in qz pmissio- num: quas humano generi fecisti: eas nimirum dilexisti: qz eas fecisti: et seruasti. **Nam** tuum diligere ipsius est bñfacere. in te ipso. n. inmutabilis es: nec (sicut nos modo amas: modo non amas: vt actus tue dilectionis trāseat et redeat. Sed tu es totus amor: qui nunqz mutatur: **Deus. n. caritas** est: tuū itaqz diligere crea- turam: est ei bñfacere: et quibus melius facis: hos magis diligis. **Quid** est ergo tuum diligere veritatē: nisi facere et seruare veritatē: **Abrahe** pmissisti filiū: cum iam esset senex et Sarra sterilis et vetula: pmissionē seruasti: qz veritates dilexisti. **Filijs** israel terrā fluentem lac et mel spopōdisti: et tandem tradidisti: qz veritates dilexisti. **Dauid** pollicitus es dicens: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam: factū est: qz veritatē dilexisti. **Innumerabiles** fuere pmissiōes tue: in qbus semper fidelis fuisti: quare semper fidelis fuisti: quia veritates dilexisti. **Pecca-** toribus ad te cōfugientibus veniā et gratiā pmissisti: et neminē vnqz fraudasti: qz veritatē dilexisti. **filius** ille p̄dignus: qui abiit in regionem longin- quā: et dissipauit vniuersam substantiā suā viuendo luxuriose: ad se reuersus venit ad te dicens: **Pater** peccavi in celum: et coram te iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnū de mercenarijs tuis: cum adhuc longe esset oculis tue pietatis in- tuitus es eum: occurristi ei: cecidisti sup colū eius: et osculatus es eum: prolissi- stolā primā: anulū in manu eius: et calciāmēta in pedes eius posuisti: vitulū sa- ginatū occidisti: **Totam** domū letificasti: dicens: letemur et epulemur: qz hic fili- mens mortuus fuerat et reniuit: pierat et inuētus est. **Cur** hec dñe deus: nēpe qz veritatē dilexisti: dilige ergo pater misericordiāz banc veritatē in me: qui ad te reuertor de regione longinqua: occure mibi: et osculum oris tui da: redde prima ornāmēta: trabe me in domū tuā: occide vitulū saginatū: vt in me letenē omnes qui sperant in te: **Et** pariter epulemur in cōuiuijs spiritualibus. **Nam** dñe mibi soli (non custodies banc veritatē: si iniquitates obseruaueris: dñe: dñe qz sus- tinebit: **Equidem** non obseruabis iniquitates: quia veritatē dilexisti. **Dilexisti** quidē inenso amore: que nāqz est veritas quā dilexisti: **Nōne** filius tuus: qui di- cit **Ego** sum via veritas et vita: ipse. n. est veritas a qua ois veritas in celo et in ter

ra notatur: hanc igitur dilexisti: et in ea sola tibi complacui. et quod est quod in ea sola tibi complacui: quia eas sola sine macula inuenisti: et pro peccatoribus eas mori voluisti. Custodi ergo deus hanc veritatem. Ecce ego peccator magnus: in quo tu custodias eas cui tu indulgeas peccata multa: quae sanguine christi tui abluias: quae per passionem eius redimas. Cur domine hanc de filio tuo noticiam: cur hanc de eo fidem tradidisti mihi? Nam ut maiori afficiam dolore: vides redemptionem meam: et minime attinges eam? absque ut intelligas mihi paratam veniam: appropinquam illam per christi gratiam. Redime ergo me domine: nam **TRISTITIA ET OLUS ET AD. M. J.** Et hec ipsa cognitio me adiuvet: et ad salutem producat. hec profecto non cognouerunt philosophi: hec fuerunt eis incerta: hec erant eis penitus occulta: hec ante incarnationem filii tui: exceptis paucis: quos tu dilexisti: nullus hominum cognouit. Scrutatores cordis curiosissimi: sapientes dico huius seculi transcelum oculos lenauerunt: et hanc tuam sapientiam inuenire non potuerunt: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et reuelasti ea paruulis: idest humilibus piscatoribus: et sanctis prophetis tuis qui ea nobis tradiderunt: si ergo incerta et occultae scripturarumque tuarum manifestasti mihi. Cur frustra ea cognosco: frustra autem cognosco illa: si me ad salutem non producant. Nam et philosophi cum cognouissent deum: non sicut deus glorificauerunt aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis. Dicentes. non se esse sapientes stulti facti sunt. non de numero istorum me esse patieris: absit. Tu es. in ipsa misericordia: quae penitentes non deserit. parce ergo domine: parce famulo tuo: et inbe ipse esse in numero iustorum tuorum: ut incerta et occultae sapientie tue: quam manifestasti ei: ducant eum ad fontem sapientie: quae est in excelsis: ut lauderis in ope misericordiae tuae: quam feceris cum seruo tuo domine: qui non deseris sperantem in te.

Asperges me domine ysoopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor.

Quia domine veritatem dilexisti et in eam. et oculis sapientie tuae. in me. in sepe magnam accepi: et ostendo: quod non repelles me a facie tua: aspergime ysoopo: Et mundabor: ysoopus est herba humilis calida et odorifera: quae quod aliud significat. quod filium tuum. domine. iesum christum: qui humiliavit semetipsum usque ad mortem: mortem autem crucis: qui calore suae inmensae caritatis dilexit nos: et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: qui odore bonitatis et mansuetudinis suae atque iustitiae totum mundum suauitate repleuit: hoc ergo ysoopo. aspergime: quoniam virtutis sanguis eius effundes super me: quoniam per fidem habitabit spiritus in me: quoniam per dilectionem ei coniunctus fuero: quoniam humilitatem eius: et passionem imitabor: Tunc **AN. V. D. A. B. O. R.** ab omnibus immunditiis meis. Tunc **LA. V. A. B. I. S.** me lachrymis meis a christi amore fluentibus. tunc laborabo in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis. scilicet. in mari. Tunc ergo lauabis me et **S. A. I. D. E. R. N. I.** deal. scilicet. candida est et frigida: Ita profecto domine si me ysoopo aspergeris super niuem dealbabor: quia tua maxima luce perfundar: quae omnem corporalem superat candorem: Et per eam amore celestium bonorum accensus omnes carnis affectus relinquam frigidus ad terrena: et ad celestia inflammatus.

Auditui meo dabis gaudium et letitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Tunc. domine. orabo ad te: et mane. id est. in initio lucis tuae exaudies vocem meam: Audiamque quod loquatur in me deus: quoniam loquetur paces in plebe sua: Audiamque mihi pacem domine: pacem dabis mihi quia in te speravi: **A. V. M. d. g. e. l. cum audiam.** quo d

audiuisti maria. Et quid audiuit maria? De illa loquor: quae fletit secus pedes tuos os quid igitur hec audiuit? fides tua te saluauit fecit: Vade in pace. audiamque quod audiuit latro: bodie mecum eris in paradiso: Gaudium itaque mihi erit de remissione peccatorum. letitia de promissione bonorum. Numquid non gaudebo? Et non letabor quoniam reddes duplicia pro omnibus peccatis meis. Tunc gustare incipiam quoniam dulcis es domine: tunc discam in celestibus habitare: tunc dicam cum prophetis: quod magna multitudo dulcedinis tuae domine: quam abscondisti timetibus te. tunc gaudebo et letabor: **ET EX. V. L. OS. M. V. A. D. J.** Quid sunt ossa quae carnem sustinent: nisi anime rationales vires: quae carnis nostre fragilitate portant: ne in omnia vitia fluat. Ne totus bodie efficiatur caro: penitusque tabescat: ossa ergo hec humiliata sunt: quia nimis debilitata est ratio: et voluntas ad malum valde peruersa. Nam iam non caro obedit rationi. Sed ratio carni. vitis resistere non possumus: quia ossa mea humiliata sunt. Et quare humiliata: quia reliquerunt te fontem aque viue. Et foderunt sibi cisternas dissipatas quae continere non valent aquas: quia gratia tua non sunt replete: sine qua nemo potest bene viuere: sine te enim nihil possumus facere. Confidebant in virtute sua: quae non erat virtus. Ideo defecerunt in stultitia sua: veniat ergo virtus tua domine: et exultabunt ossa humiliata: Veniat gratia tua: veniat fides: quae per dilectionem operatur: Veniat virtutes et dona: et exultabunt ossa humiliata: exultabit quippe ratio: letabit memoria: gaudebit voluntas: nimis exultabunt: quia extra se salient. Dum ad bona opera producantur: virtute magna exercebunt in eis: nec deficiet: sed te iuuat ad finem usque producat.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cur domine respicis peccata mea: cur numeras ea: cur adeo diligenter consideras: non quid nescis: quia bonum tanquam flos agri: cur non respicis potius in faciem christi tui: bene me miser. Cur video te mihi iratum: peccaui fateor. Sed tu benignus misere mei **A. V. E. R. I. T. E. f. l. a. d. A. D.** facies tua cognitio tua est: Auerte itaque cognitio nem tuam a peccatis meis. Non loquor de cognitione simplicis apprehensionis: quia omnia semper vides. Sed de cognitione approbationis et reprobationis: quia opera iustorum approbas: et peccata impiorum reprobando condemnas. Noli mea peccata ita cognoscere: ut mihi imputes ea: Sed auer. scilicet. tu. a. p. meis: Ut per misericordiam tuam deleantur. Respice domine aiam: quam creasti: respice imaginem tuam. quam formasti. Tu enim creasti eam ad imaginem tuam: et ego miser super induxi imaginem dyaboli. Auerte domine faciem tuam ab imagine dyaboli: Ut non irascaris mihi: et respice imaginem tuam: ut miserearis mei o misericors domine: recordare: quia Zachariam ascendente in arborem siccomorum respicisti: et in domum eius descendisti: quod plane nunquam fecisses. si imaginem dyaboli in eo respicisses: sed quia imaginem tuam in eo vidisti compassus es ei et salutem ei tribuisti: ipse male ablata restituit quadruplicata et dimidius bonorum suorum pauperibus erogare permisit: Et persequutus est in malam salutem. ego me totum tradidi tibi: nihil mihi reseruo: tibi ipse seruire sincero corde promitto: vota mea reddam omnibus diebus vite mee. Cur ergo domine in me quocumque non respicis imaginem tuam: Ut quod adhuc peccata mea consideras: auerte obsecro faciem tuam a. p. m. **ET O. J. A. D. D. E. O. S. g. dele.** Ut nulla remaneat: scriptum est. non quod totam legem suauerit: in vno autem offenderit factus est omni reus. scilicet. factus est reus: quod est pena omnium peccatorum: quod ducit ad mortem dele ergo omnes iniquitates meas. ne vlla te offendant: quae me omnium reum faciat.



Cor mundum crea in me deus: et spiritum rectum in
nona in visceribus meis.

Cor meum dereliquit me: nunc de me cogitat sue salutis penitus obli-
tam: per deum vagatur: peregre profectus est. Sequitur vanitates: et oculi eius in
finibus terre. Vocavi ipsum: et non respondit mihi: abiit: perijt: in peccatis ventu-
rum est: quid ergo domine quid dicam? **LO R. AD. CR. JA. AN. DE. DEUS.** Cor hu-
mile: cor mansuetum: cor pacificum: cor benignum: cor pius: quod nulli inferat malum:
quod malum pro malo non reddat: Sed pro malo bonum: quod te super omnia diligat:
Te semper cogitet: de te loquatur: tibi gratias agat: in hymnis et canticis spiritualibus
delectetur: in celis puer setur: Cor tale crea in me deus: ex nihilo producat illud
Et quale non potest esse per naturam: fiat tale per gratiam: hec enim a te solo per cre-
ationem in animam venit: hec est forma cordis mundi: hec omnes virtutes secum trahens
omnia vitia pariter expellit. Cor itaque mundum per gratiam tuam. Crea in me deus.
ET SPIR. JA. CR. JA. AN. DE. DEUS. Spiritus enim tuus deducet me in viam rectam:
quia me a terrenis affectibus purgabit: et ad celestia subleuabit. Amas enim et ama-
tas sunt vni: qui ergo amat corpora: corpus est. Qui vero spiritum diligit: spiritus
est. Da mihi spiritum te amantem: teque summum spiritum adorantem. Nam spiritus est de-
us: et eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare. Da spiritum rectum: non
que sua sed que tua sunt querentem in noua spiritum rectum in visceribus meis: in-
noua quod primum quem mihi dederas petam mea extingerunt. Da spiritum novum: qui in-
ueteris quod inueteratum est. Nam anima mea spiritus est: et a te ita creata: ut in se tecta sit:
ex natura sua. (Te super se amat: et propter te omnia desiderat: nam amor naturalis
rectus est eo quod a te est: sed ex prava voluntate sua in peccatis in veteratus est: Et amo-
rem naturale prebescere fecit in noua ergo hunc spiritum) et hunc amorem per gratiam
tuam: Ut recte incedat secundum naturam suam. in noua in visceribus meis ut in tus ra-
dices ita firmet: ut nunquam amplius possit euelli: in noua in visceribus meis:
ut semper amore celesti me. vratur: semper me faciat ad te suspirare: te iugiter am-
plecti: et nunquam deserere.

Ne proicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum
ne auferas a me.

Ecce domine sto ante faciem tuam: ut inueniam misericordiam tuam: sto ante bonitates
et benignitatem tuam: Specto gratiam rationem tuam: ne proicias me a facie tua pro-
fusus: quis vni domine venit ad te et profusus abcessit? Quis rogauit faciem tuam: et va-
cuis abiit: certe abundantia pietatis tue. et merita supplicij excedis et vota: pla-
raque preces et homines desiderare aut intelligere possunt. a seculo non est auditus: quod
venientem ad te reiceris a facie tua profusus. Numquid domine primum ero a facie tua
profectus? An a me vis initium habere confundendi venientes ad te: nunquam amplius non
vis misereri et parcere? absit. Cananea te sequebatur: clamabat: vocibus aera im-
plebat. Discipulos tuos ad compassionem provocabat. Et tu tacebas: ipsa perseuera-
bat pulsans: te adorabat dicens. Domine adiuua me: Et tu nec sic respondebas. Discipuli
rogauerunt pro ea dicentes: dimitte eam: quia clamat post nos. quid obsecro? quid
domine respondisti? equidem quod inaniter fiebat: quod frustra laborabat: dixisti. non sum mis-
sus nisi ad oues que perierunt domus israel. Quid hoc audito debuit cananea fa-

cere: vtiq; de gratia quam desiderabat desperare. nec tamen desperauit: sed confidens
de tua misericordia iteque atque iteque rogabat dicens: domine adiuua me: cui impo-
ne insistenti domine respondisti: non est bonum tollere panem filiorum: et mittere canibus: ac
si patenter dixisses: recede a me. Vos cananei canes estis: imundi estis: idolatre
estis: dona gratiarum celestium ad vos non pertinent: non debeo ea tollere indeis deum
vex colentibus: et dare vobis canibus demones adorantibus. quod nunc facies o ca-
nanea? Erubescere iam: et recede: quia iratus est dominus: non solum tibi (sed et vniuersis gen-
ti tui: quis domine deus ad hec tua verba profusus non recessisset? quis non sub murmu-
rasset? quis non te crudelem iudicasset? et tamen hec ipsa mulier in oratione persistit: spe-
non amisit: verba dura non egre tulit: non irata est: sed magis humiliata) et ipse
one persistens confidenter dixit: etiam domine vex est: quod dicis: sed panem non peto: gratias
filiorum non postulo. quia catula ego sum. Adicas peto: que cadunt de mensa filiorum tuo-
rum. ipsi miraculis et gratijs abundent: mihi autem hec minima gratia non negetur:
ut filia mea a demonio liberetur. nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa
dominorum suorum. Ecce quanta fides: quanta fiducia: quanta humilitas. Ideo tu non iratus
de eius importunitate (sed gauisus de illius virtute dixisti. O mulier magna est fi-
des tua: fiat tibi sicut vis. Cur hec scripta sunt domine deus: ut discamus in te spera-
re: ut in oratione pie et humiliter perseueremus: quia dare vis. sed regnum celorum vim
patitur: et violenti rapiunt illud: quicunque scripta sunt) ad nostram doctrinam scripta
sunt: Ut per patientiam et consolationem scripturarum spiritus habeamus. Ne ergo proicias
me a facie tua domine: qui die noctuque ante faciem tuam stans et iulans sto: non ut
me liberares a demonij oppressione corporali: Sed ut animam meam eripias ab eius
potestate spirituali. ne me profundas bone iesu quia in te solo spero. non est mihi salus:
nisi in te domine. Omnes enim dereliquerunt me: Nam et fratres et filij mei abiecerunt me
viscera mea abominantur me: neminem amplius habeo adiutorem preter te. Ne er-
go proicias me a facie tua: **ET SPIR. JA. CR. JA. AN. DE. DEUS.** Nemo potest
dicere dominum iesum nisi in spiritu sancto: itaque si ego inuoco te domine iesu: hoc facio in
spiritu sancto. Si de peccatis commissis doleo: si veniam peto: hoc certe facio in spiritu sancto.
Ideo te obsecro: spiritum sanctum tuum ne auferas a me: ut mecum sit et mecum laboret.
Nam quid oremus sicut oportet nescimus: sed spiritus adiuuat infirmitatem
nostram: et postulat pro nobis id est postulare nos facit gemitibus in enarrabilibus
Nec ergo spiritum sanctum tuum auferas a me: ut me orare doceat: et in labore me
adiuuet: faciatque me in orationibus et lachrymis persistere: ut tandem inueniam gratiam cor-
ra te: et seruam tibi omnibus diebus vite mee.

Redde mihi letitiam salutaris tui: et spiritu principa-
li confirma me.

Cur magnam peto domine: quia tu deus magnus dominus et rex magnus super omnes deos:
Tibi iniuriam facit: qui a te parua petit: parua sunt omnia: que transeunt: parua
sunt omnia corporalia. magna et preciosa spiritualia. Tolle spiritum: tolle animam a cor-
pore: quod remanet (nisi stercus: quod nihil pulvis et umbra: Ergo tamen distat iter splen-
ditum et corpus) quantus inter corpus et vimbram eius. Qui igitur petit a te cor-
porea: parua petit: qui vero spiritualia: magna profecto postulat: maxima autem:
qui tui salutaris letitiam petit. Quid est enim salutare tuum nisi iesus filius tuus: hic
est verus deus et vita eterna. Cur ergo a te prece immenso et liberalissimo hoc salu-

care nō petam: quem pro me super lignis tradidisti. Tu enim mihi obtulisti: q̄re
petere ipsius erubescam: Adāmiū 7 infinitū munus est: non sum ego tanto mu-
nere dignus. te tamen decet tam magna dare. propter hāc itaqz ineffabilē pietā-
tem audeo ad te fiducialiter accedere: 7 salutaris tui letitias petere: Nam si a pa-
tre carnis sue petierit quispiā filius piscē: nūqd porriget ei serpētem: 7 si petierit
ouus: nūqd dabit ei scorpionem: 7 si petierit panem nūqd dabit ei lapidem?
Si ergo patres carnales cuius mali sint (7 peccatores) norunt bona eis a te data
dare filiis suis: q̄nto magis tu pater celestis: qui per essentiā bonus es: dabis spi-
ritum bonū petentibus te? Ecce filius tuus de regione longinqua (reuersus do-
lens 7 penitens petit a te piscē fidei: sicut. n. piscis latitat sub aquis: ita fides est
de his que nō vidētur. Idcirco dico fidem vera. vt letetur in salutari tuo: nūquid
porriges ei serpētem? Nūqd dabis ei infidelitatis venena de tortuoso 7 anti-
quo serpente dyabolo. pfiscētia: peto a te dñe ouum spei: vt sicut ex ouo sperat
pullus: ita ex spe ad visionē salutaris tui mihi venire cōcedas: vt de ipsa spe egre-
diatur visio qua si pullus de ouo: peto ouum spei: vt interim spe ipsa subleuetur
anima mea in hac lachrymarū valle: Et letetur in salutari tuo: nūqd dabis mihi
desperationis scorpionē: vt sicut scorpīo in extremitate caudē habet venenū: ita
7 ego in extremo vite mee reserue peccatū: blandiarqz mihi in illecebris mundi:
sicut scorpīo in facie blandiri videt. Idcirco etiā a te panem charitatis christi: qua
se sicut panis omnibus cōmunicat: vt semp gaudē in salutari tuo: nūqd lapides
dabis mihi: hoc est cordis duritiā: absit. Cur itaqz diffidas petere? 7 impetrare
magna a te dñe: qui me sentias 7 inuitas ad petendū 7 pulsandū viqz ad impo-
tunitatē: Quid vero tibi gratū magis 7 mihi salubrius petere possum: q̄ vt red-
das mihi letitiam salutaris tui: Jam gustavi q̄ dulcis sit dñs: q̄ leue 7 suauē sit
onus eius. Ademor sum q̄nta pace: q̄nta animi tranquillitate fruebar: q̄n in dño
gaudebam: 7 exultabam in deo iesu meo: ideo nūc magis doleo: q̄ scio qd pdidi:
Scio q̄ maxima bona amisi: ideo impotēte clamo: redde mi. leti. salutaris tui:
Redde qd ppter peccata mea mihi abstulisti. redde qd mea culpa pdidi: redde
obsecro per merita eius. qui semp stat ad dexterā tuā: 7 interpellat pro nobis: vt
per ipsius sentiam te mihi placatū: vt sit signaculū super cor meū: vt dicam cum
apostolo: christo cōfessus suz cruci: vno autē iam non ego: viuerō in me christus.
Verum quia magna est fragilitas mea: S. P. J. R. T. A. I. P. R. J. L. O. A. M. E.
Et nullis pturbationibus a christo separi valeas. nullis terroribus a te recedere:
nullis cruciatibus infirmari. Non. n. virtus mea tanta est: vt pugnare possit cum
antiquo serpente: 7 ei prenalere. Idcirco me docuit: q̄nta sit infirmitas nostra:
ipse vidit te dñe iesu: 7 tecū familiarissime cōuersatus est: gloriā tuam in monte
gustauit: quando trāfiguratus es. Vocem patris audiuit. Adira opera tua oculis
suis cōspexit: Ipse quoqz virtute tua miracula plura fecit: sup aquas pedibus
ambulauit: verba tua tam potentia tam suauia. quotidie audiuit: feruentissime
fidei videbatur: dicebatqz separatim tecum: 7 in carcerē 7 i mortē ire: 7 cui nega-
tionē ipsius denūciaret ei: non tibi credebat: in virtute sua cōfidebat: Adagis si
bi homini: q̄ tibi deo fidē adhibebat. At cum ancilla dixit ei: tu de illis es: illico
territus negauit. Venit alia ancilla: 7 dixit: vere tu ex illis es. Iterū negauit: non
potuit coram muliercula stare: quomodo stetit coram regibus 7 tirānis: 7 cui
iterū ab astantibus interrogaret: 7 accusaret: cepit furare: 7 detestari: q̄ non vo-

uisset te. Quid putas dicebant: arbitror q̄ per deum 7 per legem moysi irabatur
q̄ te nō nouerat. 7 detestabatur dicēs. Idcirco vos me discipulū esse buius sa-
maritani: seductoris: ac demoniaci: qui nostrā legem destruxit: ego discipulus
sum moysi: hunc autē nescio vñ sit: Deo grās: q̄ cessauit interrogatio. si enim nō
cessasset interrogatio: nec quidē cessasset negatio. Adille interrogationes mille fu-
issent negationes: imo mille periuria (7 detestatiōes. S. de interrogationes sue
rūt verba. Quid rogo si iudei venissent ad verbera: nihil certe petrus reliquisset)
quo se per negationes: 7 piuria: detestatiōes (ac blasfemia de manibus coru-
pulis explicuisset. Tu autē pie dñe respicisti eum: 7 statim petrii sui cognouit: nec tñ au-
sus est in mediū proflere. Et p̄teriti te filiū dei esse: q̄ nondū p̄firmatus erat vir-
tute ex alto. Nam p̄culdubio itez negasset: si flagella sibi p̄parata vidisset: ideo
maturiore cōsilio egressus est foras: 7 fleuit amare. Tu vero post resurrectionē
tuā apparuisti ei: p̄salutatus es eum: nihilominus latebat p̄ metum iudeorū: vi-
dit te in celum tā gloriose ascendētē: 7 angelorū visione. p̄solationeqz p̄fortatus
est: nec tñ adhuc in publicū prodire audebat: Experiētia quippe didicerat fragili-
tatem suā probauerat infirmitatē. ideo expectabat p̄missum spūm sanctum. Ve-
nit: 7 repleuit grā pectus eius: tunc pdixit: tunc loqui cepit: tūc virtute magna te
stimoniū resurrectionis tue reddidit: tūc principes sacerdotū 7 reges nō timuit:
sed gloriabatur in tribulationibus: Crucēqz pro summis delictis amplexabatur: ita
q̄ dñe in spi. prin. cō. me. vt iugiter permancā in leticia salutaris tui: alioquin cō-
tra tot bella p̄sistere nō possum: caro p̄cupiscit aduersus spūm: mundus vñdīqz
me premit: dyabolus nō dormit: da mihi virtutē spūs tui: vt cadēt a latere meo
mille: 7 decē milia a dextris meis: vt sim fidelis 7 fortis testis fidei tue. Si. n. pe-
trus quē tot muneribus 7 gratijs donaueras. Ita miserabiliter cecidit: qd ego
dñe: quid facerē: qui nec te in carne vidi: nec gloriā tuam in mōte gustauit: nec mi-
racula tua: p̄speri. Quinimo opera tua mirifica vir a longe intellexi: tuāqz voces
nunq̄ audiui: s̄ in peccatis semp fui: Spiritu itaqz principali cōfirma me: vt in
tuo obsequio perseuerare valeam: 7 dare pro te animam meam.

Docebo iniquos vias tuas: 7 impij ad te cōuertētur.

Non hoc dñe temeritati ascribas: si docere cupio iniquos vias tuas. Non. n.
iniquus: infamis: 7 in vinculis: iniquos docere cupio: s̄ si reddideris mihi leti-
ciam. S. A. L. T. A. J. Si me spū principali p̄firmaueris: si me libez miseris: tunc
docebo iniquos vias tuas: Nō. n. hoc est tibi difficile: q̄ de lapidibus potes sus-
citare filios abrae. Nec p̄ctā p̄nt obfata tibi: si volueris hoc facere: quinimo vbi
abundauit petrii (supabundauit 7 gratia. Paulus spirans minax 7 cedis in dis-
cipulos dñi: potestātē accepit: vt si quos inueniret viros) ac mulieres te sequen-
tes: Tuāqz fidem p̄fidentes: vinctos p̄duceret in Ierusalem: ibat ergo farijs in-
nectus: sicut lupus rapax. vt oues tuas disperderet (raperet) 7 occideret: dñ ergo
esset in via: in seruoze p̄secutionis: in actu p̄cti: Dum te persequeretur: dum tuos
occidere velleret: dñ nulla ei inesset ad gratiā preparatio: nullaqz peccati cognitio
q̄ toris iuribus tibi aduersabatur: te blasphemabat: teqz detestabatur: ecce vox pie-
tatis tue sup eum dicēs: Saul saule quid me p̄sequeris? Qua voce illico p̄stra-
tus 7 erectus est: prostratus corpore: erectus mente: excitasti dormientē: oculis
somnia granatis infudisti lucē tuam: ostendisti faciē tuam: effudisti ineffabilē mi-



fericordiam tuam. Surrexit mortuus: oculos aperuit: vidit te: Et ait: domine qd me vis facere: misisti lupum ad agnuz: misisti eum ad ananiam: baptizatus est: repente spiritu sancto repletus factus est vas electionis ad portanduz nomen tuum coram regibus: et gentibus: et filijs israel. Continuo ergo ingressus synagogas intrepidus predicauit te: affirmans: quoniam tu es christus. Disputabat in ualefcebatur: et confundebat indeos: ecce dñe quia statim de persecutore fecisti euz predicatorum: et tale ac tam magnū vt plus ceteris apost. laborauerit. O mirabilis tuus tuus: si uolueris de iniquo facere iustum: de psecutore predicatorum quis prohibebit: Quis resistet tibi: quis dicere poterit cur ita facis: omnia quecuqz uolueris: fecisti in celo et in terra: in mari et in omnibus abyssis. Non ergo arrogantie imputetur: si non mea sed tua uirtute docere cupio iniquos uias tuas: Scio. n. me nihil tibi offerre posse: quod oculis tue pietatis magis placeat: hoc sacrificiū est omnium maximum. Nihil etiam possum facere mihi uelilius. Si ergo me in alium uirū mutaueris. **DOCEBO IN INIQUOS VIAS TUAS. Nō vias platonis: nō aristotelis non implicationes sillogismoꝝ: nō philosophie dogmata: non rhetorū inflata uerba: nō negocia secularia: non uias uanitatis: non uias ducentes ad mortē: Sed uias tuas (et pcepta tua: que ducunt ad uitam: nō vnam uiam tñ: sed multas uias: qz multa sunt pcepta tua: omnes tamen iste uiciter minantur ad vnam: oēs enim in vna copulantur cbaritate: que adeo cōiungit animos fidelium: vt fiat eis cor vnu et anima vna in domino. Vel certe diuerse uie diuerse uite sunt: per aliam nāqz incedunt clerici: per aliam monachi: per aliam mendicantes: Aliāqz tenent matrimonio cōiuncti: Aliam in uiduitate degentes et cōtinentes: aliam uirgines: Aliam sequūtur principes: Aliā doctores: Alias mercatores: Deniqz diuersi status hominū: per diuersas uias ad patrias celestes proficiscuntur. Docebo itaqz iniquos uias tuas: vniquemqz iuxta cōditionem et caput suū. Et **IN ADIPIS AD TE LOQA.** Quia predicabo eis: nō me ipm: sed christum crucifixum: Ideo nō ad laudes meas: sed ad te conuertentur: reliquēt. n. uias suas. Et uenientes ad tuas: per eas incedant: et ad te perueniant.**

Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiam tuam.

CIn multis sanguinibus suffocor: et de profundis eorum clamo ad te dñe: dñe exaudi uocē meā: Ne differas dñe: qz mortis proximū sum: sanguines mei: pccā mea sunt: sicut enim in sanguine est uita carnis: ita in pccō est uita peccatoris: effunde sanguine: moritur aīa: effunde per confessionem peccatū moritur peccator: et iustus efficitur. Ego igitur nō solum in sanguine inuolutus sum: sed etiā in sanguinibus immersus: gurgites sanguinis me trahunt ad inferos: succurre mihi dñe. ne pereas. **Libera me de sanguinibus deus: qui oīa gubernas et moues: qui solus potes me liberare: in cuius manu est oīs spiritus uite. Libera me de sanguinibus deus auctor salutis mee: de quo in quo solo est salus mea: Libera me dñe sicut liberaisti Noe de aquis diluuij: Libera me sicut liberaisti loth de incendio sodomorum: libera me sicut liberaisti filios israel de profundo maris rubi: libera me sicut liberaisti Jonam de ventre ceti. libera me sicut liberaisti tres pueros de camino ignis ardentis. libera me sicut liberaisti petrum de periculo maris. libera me sicut liberaisti paulum de profundo pelagi. libera me sicut liberaisti infinitos**

peccatores de manu mortis) et de portis iherusalem. **ET EXULTABIT LINGUA MEA IN IUSTICIAM TUAM.** Id est pp iusticiam tuā: quas in me sentiā per gratiam tuam: Iusticia. n. tua (vt dicit apostolus) est per fidem iesu christi in oēs (et super oēs: qui credunt in eum: exultabit itaqz lingua mea) laudādo hanc iusticiam tuam: extollendo gratiā tuam: Magnificādo pietatem tuam: cōfitemdo pccā mea: vt in me laudetur misericordia tua: que tam magnū peccatorem dignata sit iustificare: vt cognoscant omnes homines q saluas sperantes in te: et liberas eos de manu angustie domine deus noster.

Domine labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam.

C Magna res est laus tua dñe: et de tuo fonte procedit: de quo non bibit pctōr: Nō est. n. speciosa laus in ore pctōris. Libera ergo me de sanguinibus deus Deus meus. s. a. mee et ex. lin. mea iu. tuā: Tunc dñe (labia mea aperies: et os meū an. l. tuam. Tu. n. habes clauē dauid: qui claudis et nemo apit: et apis: et nemo claud. dit: tunc ergo apies labia mea: sicut apuisti labia infantū) et lactentiu: ex quoz ore perfecisti laudē tuā: bi profecto fuerunt pphete et apostoli: ceteri quoqz sciti tui: qui te simplici: et puro corde: et ore laudabāt: non autē pbi: et oratores: qui dixerunt linguā nostrā magnificabimus: labia nra a nobis sunt: Quis noster deus est: apiebant ipsi labia sua: nō tu aperiebas ea: Ideo ex eoz ore non pfecisti laudem: infantes tui dñe laudabāt te. et te ipsos despiciebant: pbi (cum te laudare gestiebāt: seipsos magnificare volebāt: lactentes tui laudabāt gloriā tuā: quā per grām sup celestem cognoscebant: pbi per sola nālia te cognoscentes: laudes tuas pfecte exprimere nō poterant: Sancti tui te corde: et ore) et bonis operibus laudabant: pbi solis uerbis: et inflata sapiētia: pueri tui in toro terraz orbē laudes tuas diffuderūt: pbi uir paucis discipulis pdicanerunt. Amici tui laudibus tuis innumerabiles boies a pctis (ad uirtutes: et ad uerā felicitatem) perueiebant: pbi nec ueras uirtutes nec uerā felicitatem cognoscebāt: dilecti tui ineffabiles pietatem tuam: quā ostendisti in filio charitatis tue pdicauerunt: pbi hanc nullo pacto intelligere potuerūt. Et ore itaqz infan. et lact. pfe. la. tuā: semper. n. tibi placuit exaltare humiles: et humiliare supbos: qz ergo supbis semp resistis: Da mihi uerā humilitatē: vt ex ore meo pficias laudē tuā: Da mihi cor puuli: qz nisi puerus fuero sicut puulus: nō potero introire in regnū celoz: fac me sicut vnus de infantib) (et lactētibus tuis: vt semp pdeā ab vberibus sapie tue: qz meliora sunt vbera eius uino: Et melior est sapiētia cunctis opibus: et oīa que desiderant buic non ualēt cōparari: Infinitus. n. thesaurus est hoībus: quo qui vti sunt: participes facti sunt amicicie dei. si ergo me paruulus feceris: laudē tuam in ore meo perficies: Tunc. n. aperies labia mea) et os meum annū. lau. tuam: Annuntiabit quippe perfecte sicut ex ore infantium et latentium perfecisti laudem.

Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem utiqz locauisti et non delectaberis.

C Os meum domine annuntiabit laudem tuam: scio. enim hoc tibi gratissimum esse: cum per prophetam dicas: sacrificium laudis bonozificabit

me: illic iter: quo ostendam illi salutare meum: offeram itaq; laudem tibi: laudem inq; infinitam (7 lactentium pro omnibus peccatis meis: Et quare laudem) potiusq; sacrificium offeram tibi pro omnibus peccatis meis: quoniam si voluisses sacrificium dedisses: utiq; holocaustis non delectaberis. nunc quid sanguine hircorum. aut vitulorum placari poteris: nunc quid manducabis carnes taurozum: aut sanguinem hircorum potabis: an forte aurum queris: qui celum 7 terram possides: nunc vis ut corpus meum sacrificem tibi: qui non vis mortem peccatoris: sed magis ut converteretur. 7 vivat: Castigabo tamen cum mensura carnem meam: ut per gratiam tuam rationi subiecta sit: etq; deseruiat: nam 7 in hoc si mensuram excessero: mihi imputabitur ad peccatum rationale (inquit apostolus tuus) obsequium nostrum. Tu quoque dixisti per prophetam: misericordia volo (7 non sacrificium). Igitur os meum annuntiabit laudem tuam: quia hec oblatio honorificat te: 7 praebeat nobis iter ad salutem tuam: paratum cor meum deus: paratum cor meum: paratum per gratiam tuam ad omnia: que tibi grata sunt facienda: hoc vnum inveni tibi acceptissimum: hoc offeram tibi: hoc semper erit in corde meo: hoc personabunt labia mea: quoniam si voluisses) sacrificium corporale: utiq; dedisses: paratum enim cor meum per gratiam tuam: ut impleat voluntatem tuam: sed huiusmodi holocaustis non delectaberis: corpora enim fecisti propter spiritus: ideo tu spiritualia (non corpora queris) dicis enim in quodam loco: prebe fili mi cor tuum mihi) hoc est sacrificium quod tibi placet: cor dolore peccatorum: 7 amore celestium bonorum inflammatum offeratur tibi: Et ne quicquam amplius repetatur: huiusmodi holocausto tu delectaberis.

Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum 7 humiliatum deus non despicies.

C Spiritus quidem contribulatus: non caro contribulata tibi placet. Nam caro contribulatur: quia terrena: que optat (non habet: vel certe in se sentit) quod odit. Spiritus vero contritatur de culpa: eo quod sit contra deum: quem amat. Doler se suum creatorem 7 redemptorem offendisse: se sanguinem eius desperasse: se tam bonum 7 dulcem patrem contempsisse: hic ergo spiritus contribulatus (sacrificium est tibi odoris suavisissimi: ex aromatibus enim amarissimis. i. ex memoria peccatorum conficitur: Dum enim peccata in mortariolo cordis colliguntur: 7 pistillo compunctionis contunduntur: in pulvereque rediguntur: atque aquis lachrymarum humectantur: inde fit vnguentum 7 sacrificium suavisimum tibi: quod oblatum nequaquam despicies. Nam cor contritum 7 humi. d. non despicit. qui ergo cor suum saxum ex durissimis peccatorum lapidibus constructum frangit 7 conterit: ut inde vnguentum conficiat contritionis) abundantia lachrymarum 7 de peccatorum multitudine (aut gravitate minime desperans) humiliter tibi humi sacrificium offert: nullo modo a te despicietur: quia cor contritum 7 humi. d. non despicies. Adria magdalena in civitate peccatrix tale vnguentum perfecit: in alabastro cordis posuit: domus pharisei ingredi non timuit: secus pedes tuos prostrata est: flere inter epulas non erubuit: dolore pressa non loquebatur: sed cor eius in lachrymis solnebat: quibus lavit pedes tuos: capillis suis terxit: vnguentum unxit: 7 osculari non cessavit: quod audiuit vnum tale: aut quod vidit huic simile: placuit itaque tibi hoc eius sacrificium: 7 adeo gratum fuit: ut phariseo: qui iustus videbatur (eam proteris. Verbis. n. tuis insinuaisti: statum distare inter iustificationem marie 7 iustitiam pharisei: quoniam inter se distat lavare pedes aqua) 7 ablucere lachry-

mis: Osculari semel faciem: 7 non cessare osculari pedes: vngere caput oleo: et vngere pedes vnguento preciosissimo: quinimmo longe amplius maria precebat phariseo: quia ipse nec aquam: nec osculum: nec oleum tibi exhibuerat: omnia magna virtus tua dñe: magna potentia tua: que se parcendo: 7 miserando manifestat. video igitur quia cor contritum 7 humi. d. deus non despicit. idcirco huiusmodi cor tibi offerri studeo: nec oportet me hoc verbis suadere: quia tu es deus: qui scrutaris renes 7 corda: Suscipe ergo 7 hoc sacrificium meum: quod si forte imperfectum est in qui solus potes: ipsum perfice (ut fiat holocaustum. i. totum incensum ardeat) re tue immense charitatis: ut tibi placeat: aut ut ipsum saltem non despicias: Si enim non despereris: scio quod inveniam gratiam: gratiam coram te: Et post hac nullus sanctorum tuorum siue in celo siue in terra) me despiciet.

Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: ut edificentur muri hierusalem.

Quia enim scriptum est: cum sancto (sanctus eris: 7 cum viro innocente innocens eris: 7 cum electo electus eris: 7 cum perverso perverseris: Valde cupio omnes homines salvos fieri: 7 ad agnitionem veritatis venire: hoc enim 7 eis necessarium: 7 mihi utile esset: nam eorum orationibus) meritis 7 exemplis resurges 7 ad meliora quotidie provocaret: Rogo ergo te domine (quis peccator: benigne fac in bona) **U. I.** syon ut edifi. mu. bie. Syon enim ecclesia tua: nam syon interpres pretatur specula: quia ecclesia tua per gratiam spiritus sancti) gloriam dei pro capite huius vie speculari: hinc dicebat apostolus: nos reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem (tanquam a domini spiritu. Domine deus quod parva est hodie ecclesia tua: iam totus mundus deficit: nam longe plures sunt infideles) quam christiani: Inter christianos autem ubi sunt: qui relictis terrenis gloriam domini speculantur: paucos certe inuenies (conparatione eorum: qui terrena sapiunt: quorum deus venter est: 7 gloria in confusione ipsorum. Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: utaugeat merito 7 numero: Responde de celo 7 fac benigne) iuxta consuetudinem tuam: ut igne charitatis de celo emittas super nos: qui consumat omnia peccata nostra. fac domine in bona voluntate tua (ut non secundum peccata nostra facias nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis: Sed fac nobis secundum magnam misericordiam tuam. Tu domine pater noster: 7 redemptor noster: tu pax 7 gaudium nostrum: tu spes nostra 7 salus eterna: omnes a te bona expectant: Dante te illis colligere: aperiente te manum tuam) omnia implebunt bonitate: auertente autem te faciem turbabunt: auferes spiritum eorum: 7 deficiet: 7 in pulverem suum reuertentur: emitte spiritum tuum: 7 creabuntur: 7 reuocabis faciem terre. Domine obsecro) que utilitas in damnatione tot millium hominum: infernus impletur (ecclesia quotidie euacuatur: exurge quare obdormis domine: Surge: 7 ne repellas in finem: benigne fac in bona voluntate tua syon. **U. I.** syon. **U. I.** syon. **U. I.** syon. **U. I.** syon. Quid est hierusalem que interpretatur visio pacis nisi beatorum ciuitas sancta: que est mater nostra. huius muri corruerunt: quando lucifer cum angelis suis corruit: in quorum loca assumunt homines iusti. benigne igitur fac domine syon ut cito impleatur numerus electorum: 7 edificentur: perficianturque muri hierusalem) ex lapidibus uouis (te semper laudantibus) 7 permanentibus in eternum.

Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes ⁊ holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Tunc cum benigne feceris in bona voluntate tua syon: acceptabis sacrificium iusticie (Acceptabis dico) quia igne tue charitatis consumes: sic. n. sacrificium moysi ⁊ sacrificium helye acceptasti. Tunc. n. sacrificia iusticie acceptas: qñ animas (que iuste viuere satagunt: grā tua ipinguas: quid prodest sacrificia tibi offerre: qñ non acceptas ea: O dñe quot offerimus hodie sacrificia (que tibi grata non sunt: sed potius abominabilia: offerimus enim sacrificia. non iusticie: sed cerimonie: nostre Ideo non sunt tibi accepta: Vbi nūc apostolorum gloria: vbi martyru fortitudo: vbi predicatoru fructus: vbi mōachorum sancta simplicitas: vbi primoru christianorum virtutes ⁊ opera: tunc. n. acceptabas eoru sacrificia: quando gratia tua (⁊ virtutibus eos exornabas. Si quoq; tu benigne feceris syon in bo. vo. tu. tunc acceptabis sacrificium iusticie (quia populus incipit et bene viuere: ⁊ mādara tua seruare: ac iusticiā facere: ⁊ sup ipsu erit benedictio tua. Tunc oblationes sacerdotu: ⁊ clericoru: tibi accepte erunt: quia relictis terrenis ad perfectiorem vitā sese accingent: ⁊ vinctio benedictionis tue erit super capita eorum: Tunc grata tibi erunt holocausta religiosu: qui relicto torpore (⁊ tepiditate eliminata: incendio diuini amoris) omni ex parte consumabuntur: Tunc episcopi ⁊ predicatores imponent super altare tuum vitulos: quia in omni virtute cōsummati: ⁊ spiritu sancto repleti: nō dubitabūt ponere animas suas pro onibus suis. Altare enim tuū quid est nisi crux tua bone iesu (super quā oblatu fuisti: Quid vitulus lasciuens significat nisi corpus nostrum: tunc ergo imponent super altare tuum vitulos: quādo corpora offerrent cruci. i. cruciatibus) ⁊ morti pronomine tuo: tunc florēbit ecclesia tūc dilatabit terminos suos: tunc laus tua resonabit ab extremis terre: tūc gaudium (⁊ letitia occupabit orbem terrarū: tunc exultabūt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis) expectantes nos in terra viuentium: fiat obsecro dñe nunc mihi illud tunc: vt miserearis mei secū dum magnam misericordiā tuā: vt suscipias me in sacrificiū iusticie: in oblationē sanctimonie: in holocaustum religiose vite: Et in vitulum crucis tue: per quam transire merear ab hac valle miserie: Ad gloriā illā: quam preparasti Diligentibus Te.

Amen.

El Reuerendo padre. f. Jeronymo poi che fu cōdemnato ala morte. Essendo p assumere el sacratissimo corpo del nostro signore. Digliā dolo ne le proprie mane Disse.

Signore io so che tu se q̄l vero Idio Creatore del mondo (E de humana natura. Io so che tu se quella Trinita perfecta Indivisibile Et inseparabile) distiūcta in tre persone (Padre figliolo ⁊ Spiritu sancto. Io so che tu se quel Verbo eterno che descendesti de Cielo in terra nel ventre de Maria Vergene: Salisti sul legno de la Croce aspergere el tuo precioso Sangue per noi miseri peccatori Io te priego Signor mio (Io te priego Salute mia) Io te priego Consolator mio (che tanto precioso sangue per me non sia sparsō in vano: Ma sia in remissione de tutti emia peccati) De quali io ti chiego perdonanza (dal dī che io receuetti laqua del sancto Baptesimo insino a questo puncto: Edicone a te Signor mia colpa: E cusi ti chiego perdono in quello ho offeso questa cita: ⁊ tutto questo populo) di cose spirituale e tēporale: Et cusi de ogni cosa che Io per me nō cognoscessē hauere errato: Et humilmēte a tutte quelle persone che sono qui cir costante chiego perdonanza (che prieghino Dio per me: E che mi faci forte in su lultimo fine: E chel nemico nō habi possanza sopra di me.

Amen.

ffmjs.









